

338  
**TAUTOLOGIA**  
**SEXTA.**

**MULTIPLICABO SEMENTUUM**  
*sicut stellas cæli.*

Genes. 22. v. 17.

**EXPOSITIO LITTERÆ.**

**H**OMO uti homo, in tot muneribus à Deo Opt. Max. gratis collatis, haud poterit respondere unum pro mille, estò gratissimus: Deus verò cuius voluntas potentia tribuit mille pro uno. Parum dixi: etiam voluntati respondet magnifice; igitur illi & voluisse fat est.

**Senec.** *Bonum virum (ait Seneca de Provid. cap. 1.) in delicijs non habet: experitur, inducat, sibi illam parat. Facit etiam cum tentatione proventum, in tribulati pectoris gaudium. Ipsum quippe senectæ suæ iubetur dextra iugulare (insit Emmanuel Thesaurus in Thesaur. Man. de Abraham.) lucroso nimirum periculo: nam pro sobole oblata, stellarum numerum equaturus. Intendit Deus pugnam, ut victor homo arripia: quasi ex condigno emericam palmam, & divinâ liberali undique gratiâ, nonnumquam & ultra merita. Respondet ergo Deus Abraham facinore: siquidem quia obtulit Deo in filio risum temporis, audit: Quia fecisti banc rem, multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli.*

**Matth. 22.** *Stellas cæli. Ly Cæli argumentum Tautologiæ est. Ita dicitur Deuteron. 1. 10. Nab. 3. 16. 2. Mach. 9. 10. & Hebr. 11. 12. Pariter Matth. 22. 30. dicitur: Erunt sicut Angeli Dei in cælo. & cap. 24. 36. Angeli calororum. Hæ & aliæ Scripturæ Tautologiæ eformantur ratione loci, ut vidimus Tom. 1. ad illud: Et præsit piscibus maris, volatilibus cæli, & bestijs &c. Quid ergo intendatur, addito nomine Cæli, cum sufficeret ad numerum suæ numero signate stellas; operæ pretium erit explanare. Hebraismus est, frequenque in cunctis linguis dialectus, ut rei explicetur ornatus, vel situs. Unde multiplicatio sicut stellæ cæli, idem signat, ac sicut stellæ, quæ sunt in cælo, quarum numerus tantum Deo cognitus; quot patet ex contextu: igitur additur: Et velut arenam quæ est in litore maris: quæ quidem præ multitudine numerari non potest. Sidera cæli: cecinit Iuvenec. in Prolog. Histor. Evangel. v. 3. Cæli astra: Euripid. in Hippolyt. Sil. Italic. lib. 7. v. 451. Dum sidera cælo lucebunt. Stroza pater: Dum vaga sidera cælo. Bapt. Pius: Fulgeat ignibus æther. Ovid. lib. 1. Metam. Fabul. 2.*

*Sidera cæperunt toto fulgescere cælo.  
 Neu regio feret suis animantibus orba.  
 Astra tenent cæleste solum, formæque Deorum.*

**Ovid.** *Arbitratur, estò erroneè, sidera animalia esse, de quo num. 5. & dicuntur stellæ Formæ Deorum propter figuram: Rotundam illis qualem Deo dederint formam: ait Seneca Epist. 113. igitur Dij adorabantur formâ rotunda, quia mundus inferior & cæelum & astra eadem figurâ prædita. Vide Vincent. Chartar. de Imag. Deor. in Magn. Matr. & Platon. in Timæo. Quare Manil. lib. 1. Astronom. cap. 3. v. 15.*

*Stellarum, Solisque orbem, Lunaque rotundum  
 Aspiciunt tumido quarentis corpore lumen.  
 Hæc æterna manet, divisque similimâ formâ,  
 Cui nec principium est usquam, nec finis in ipso,  
 Sed similis toto remanet, perque omnia par est.*

**Manil.** *3 Cælum, tamquam sedem stellarum, vel campum lucentium florum designant Vates sacri. Marius Victor. lib. 1. Histor. Genes. v. 103. fuccinit: Astraque distinctis mundum pingentia zonis,  
 Floribus ætherijs varios vibrare colores,*

**Senec.** *Per se beneficis Deus. Emm. The saur. Et ultra merita.*

**Car d'um** *figantur sidera, additur Cæli*

**Matth. 22.** *10. & 24. 36.*

**Car d'um** *figantur sidera, additur Cæli*

**Senec.** *Forma Deorum rotunda, & curv*

**Manil.**

**Cælum** *campus stellarum.*

**Mar. Viç.**

Et

**Tautolog. Sextæ.**

339

*Et magis ornatis cælum splendere,  
 Cærulea nox stupuit.*

**Alcimus Avitus etiam lib. 1. de Origin. Mund. v. 20:**  
*Tunc lumina cælo  
 Fulserunt, alterno Luna Solisque meatu.  
 Quin & sidereus nocturno tempore candor  
 Temperat horrentes astrorum luce tenebras.*

**Alcim. Avit.**

**Cæcilius Cyprianus de Genes. v. 15.**  
*Quarta dies generat Solis cum lampade Lunam;  
 Et stellas tremulo radiantes lumine frigit.  
 Hac elementa dedit subiecta insignia mundo.*

**Cæc. Cyp.**

**Denique Dragontius de Oper. Sex dieb. v. 99**  
*Flammeus ornatus cæli per sidera fulsit,  
 Officia & stellis numeros & nomina iussit,  
 Tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,  
 Limitibus fixit, iubar induit, axe rotavit.*

**Dracont.**

**Quo clares quod sup. dicebamus per Cæli nomen designari locum, vel loci ornatum:**  
*4 Sape numerus magnus signatur per arenam & stellas, sicut in presentiarum exponitur. Hinc illud de Virgine Deipara. Tot tibi sunt dotes Virgo, quot sidera cælo. Apud Profanos passim. Catullus in Nupt. Iulia. & Manlij v. 48.  
 Ille pulvis Erythraei  
 Siderumque micantium  
 Subducit numerum.*

**Idem dicit Epigr. 7. ad Lesb. Ovidius lib. 4. Tristium Eleg. 4. & lib. 1. de Arte**  
*Quot cælum stellas, tot habet tua Roma puellas.  
 Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,  
 Parvaque quod sicus corpora pulvis habet.*

**Marul. verò, & Silius Italicus ubi supr. lib. 7. & sæpe alibi.**  
*Non tot signa micant tacente nocte,  
 Non tantas numerus Libysse arena  
 Quam multa affixus cælo sub nocte serena  
 Fluctibus & medijs sulcator navita ponti  
 Astra videt.*

**Marul. Sil. Ital.**

**Alijs parco auctoritatibus, quippe cuique obvia. Modò signemus Priscorum deliria:**  
*5 Aliqui dixerunt sidera animalia esse. Philo lib. de Gigant. insit. Quos alij Philosophi Damonas, Moyses Angelos solet vocare. Hi autem animæ sunt in aëre volantes. Necesse est enim, ut univèrsus hoc per omnes partes animantium sit, quæ singule animalia habeant naturæ suæ accommodata: terra quidem terrestria, mare & fluvij aquatilia, ignis pyrigona, cælum astra. Quid mirum, si plures Philosophorum animalia dixerent virtutes etiam & vitia? Consule Iustum Lipsium & Ian. Gruterum in Epist. 113. Senec. Pafici astra aquis: Plinius lib. 2. cap. 9. & 68. Senec. lib. 2. Nat. quæst. 5. cap. 5. Quo sensu Lucanus lib. 9. Phars. bell. v. 313. & Anacreon apud Stobæum.  
 Quod rapidus Titan, ponto sua lumina pascens;  
 Aëroa subduxit zona vicina perusta,  
 Et potat æquor aquas  
 Phæbusque potat æquor.*

**Lucan. Anacr.**

**Quod aliqui etiam tribunt Ambrosio lib. 2. Hexæm. cap. 3. ubi dicit: Solem videmus madidum & vorantem: in quo evidens dat indicium, quod alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumserit: quin intelligant, Solem hic pro aëre calido fumi, seu calore. Sol temperari nequit aquis inferioribus, sed dumtaxat calor Solis: ideoque divina providentiâ locatur Oceanus sub torrida zona: quod quidem vel Macrobius notavit lib. 2. in Somn. Scip. subdens: Ut omnis nimirum latitudo quæ Sol cum quinque vagis & Luna ultra citroque discurrant, habeant subiecti humoris alimentum. Ut calor Solis supra temperetur habet in cælo aquas, quæ vocantur Superiores: dicente Ambrosio ibidem: Cum ipsi dicant, volui orbem cæli, stellis ardentibus resurgentem; nonne divina providentiâ necessariò prospexit, ut intra orbem cæli & supra orbem redundaret aqua, quæ illa ferventis axis incensia temperaret: De hoc latè disseruimus Tom. 1. Tautolog. 1. num. 18.**

**6 Alij dixerunt Astra non solum animata esse, sed intellectiva. Zeno apud Stob. Tom. II. Tant. & Ci.**

Astra non sunt anima

Lucan.

Ambros.

Aleci: Oca ni sub rotunda zona, Macrobi. Ambros.



Neque intel- ledicos. August. Phil.

& Cicero lib. 2. de Natur. Deor. Refert Augustinus lib. 4. de Civit. Dei cap. 11. Dicunt omnia sidera partes Iovis esse, & omnia vivere, atque rationales animas habere, & ideo sine controversia Deos esse. Unde à Philone libell. de Opific. mundi dicuntur animalia cœlestia sensu prædita, imagines divinae, & pulcherrime. Et Virgilius lib. 6. Æneid. v. 725.

Virgil.

Quo sensu animata dici possunt Philop.

Cicer. Greg. Mag.

Cur Angelus dicitur Animal rationale August. D. Thom.

Origena.

Dei rationem Crigenis de Angelis, & animabus. Anima rationale non sunt creata Animal.

Boet.

Error etiam Philonis.

Marzial.

Ehnicis Angelorum habuerunt nominem.

Lucentemque globum Luna, Titaniaque astra Spiritus intus alit, totaque infusa per artus. Mens agit molem, & magno se corpore misceat. Multi interpretantur animam non debere intelligi univoce sicut formam corporis, sed æquivocè aut extrinsece, sicut movens mobili. Contale Ferdin. Vellofillum in Advert. Theolog. quatit. 1. in Tom. 7. D. Hieronym. Hinc quod Mens corporum cœlestium omnino bona & omnis mali incapax, dicit à Philone libell. de Pietat. sumenda pro intelligentia Motrice. Pariter illud Ciceronis ubi sup. Necessè est (atherium locum obtinentibus astris) quod animal in eo gignatur: idem quoque sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse: accipienda de Angelo motore, non prout illis uniatur, sed prout movet. N. Gregor. Magn. Homil. in Evang. dum dicit: Iudeis tamquam ratione utentibus, rationale animal, id est Angelus, predicare debuit; intelligendus est, non quasi designet Angelum esse animal, aut animam habere; cum Angeli nec subsistendi, nec intelligendi, nec seipsos movendi gratia, corpibus egeant: sed quatenus Angelus in assumptio corpore apparebat hominibus, tamquam homo; cuius corpus sine anima non movetur: & ad similitudinem speciei, qua apparet visus est ab animalis rationali homine, dicitur Angelus animal rationale. Ita patet ad illud Augustini Epist. 115. Angelos esse animantia aërea, vel atherea: igitur ut ait D. Thom. 1. part. q. 51. art. 2. ad 1. & 2. sent. dist. 8. art. 2. ad 3. Non indiget Angelus corpore assumpto propter se, sed propter nos. Quare Augustinus lib. 2. de Trinit cap. 13. inquit: In usum rei presentis assumpta creatura est, que & humanis oculis appareret, & auribus in sonaret, & appellaretur Angelus.

7 Quod nequit in bonum sensum secti, est cogitatio Originis (tom. 1. Comm. in Ioann. cap. 7. in lib. 1. Periareb. cap. 6. & in 2. cap. 2. ac pluribus alijs in locis) delirantis, alia est animata, & animas esse Angelorum præexistentes ante constitutiones stellarum. Solis, Lune & stellarum animas non eo tempore quo mundus factus est, esse cepisse, sed antequam lucens illud & ardens corpus intrarent. Ita refert Hieronym. Epistol. ad Avitum. Quam sententiam Rufinus objicit D. Hieronymo, verum sese valide purgat lib. 1. in Rufin. Cogitavit igitur Origines Angelos, vel animas rationales præexistentes vidisse obiectam speciem Dei-hominis, ex quibus que noluerant adorare, conversæ sunt in demones: que adorarunt, in Angelos (retorquens illud Pauli cap. 1. 6. ad Hebr. Cum iterum iterum nota) introducit primogenitum in orbem terra, dicit: & adorent eum omnes Angeli eius, que verò ancipites fuerunt in huiusmodi adoratione detruduntur ordine temporum in corpora humana, ut probentur; vel in aërorum corpora, ut exercentur. Papæ mi homo! Succinit in eiusmodi errorem nimis Platonicus Severinus Boëtius lib. 3. Metr. 9. v. 18. de Conf. Philosoph.

Tu causas animas paribus vitasque minores Provehis, & levibus sublimes curribus aptans, In cœlum, terramque seris: quas lege benigna Ad te converfas reduci facis igne reverti.

Adis D. Thom. hic Abulen. Paradox. 4. cap. 35. & Vellofill. ubi sup. in Tom. 9. Hieronym. quatit. 17. Proinde Philo Iudæus de Plantat. Noë & Origines loc. cit. asserunt: Angelos descendentes in scala Iacob, & ascendentes, esse animas hominum propter peccata de cœlis in terras descendendum, & per penitentiam & terris in cœlestia redeuntium. O tultes ineptias! Dicamus cum Poëta lib. 2. Epig. 86.

Turpe est difficles habere nugas: Et stultus labor est ineptiarum.

8 Ex quo inferes obiter, ex eo quod in cognitione Angelorum præfati AA. erraverint; perperam sequi, cognitionem Angelorum quoad an essent, non habuisse: sicut perperam inferer ex errore cognitionis circa animam rationalem, veteres non cognovisse esse animam rationalem. Cœlum esse scimus, quamvis quid sit cœlum nesciamus. Unde licet Ethnicis varijs nominibus Geniorum, Dæmonum, Lemurum, Manium, &c. appellaverint Angelos; aut arbitror quoad existentiam Angelorum caruisse noticia.

9 Deinde Angelos non habuisse spatia temporis ut adhererent bono, vel ut peccando appetere inordinatè bonum; sed tantum primum instantis creationis in gratia, seu imper-

fecta

fecta gloria. Secundum similitudinem viæ. Tertium denique termini: ut asserunt Scholastici cum Angelis. Doct. 1. part. q. 63. Peccaverunt qui peccarunt statim post primum instantis: & peccatum Luciferi præcessit peccata aliorum Angelorum naturâ, non tempore; inquit idem Angel. Magist. in 2. Sent. dist. 6. art. 2. Modo perpende quæ farragine & tomento phantasia brevia ferrea effusa Franc. Ignatij de Zarzaga-cerebellum in Theoposit. oper. Iovis & Numin. Splend. Vespert. Scintil. 2. Lucifer (inquit) Angelorum principatum obtinuit, quod (quem dicere debebat, ne qui melotheologus appareret etiam grammaticaster) per modum feudi recipit absque consensu obligatione solutionis; sed sub conditione indispensabili fidelitatis servandi, personaliter serviendi, & obediendi. Temporis autem decursu, ut præscriptionis iure directum dominium acquireret, in superbiam elatus obedientiam negare præsumpsit, & Dei filij humanitatem futuram in Verbo renuit adorare. Cum ergo trino transacto termino obediendi, moram celeriter non emendaret, declaratoriâ Numinis sententiâ Lucifer principatu expoliatur, & in eius locum Michaël substituitur: In illa enim rerum ac temporum serie Angelorum omnium via terminum vidit.

10 Alij Priscorum, ut ait Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17. Stellas mares & feminas fixere: quod nisi Mythologicè ridiculum est. Eadem refert Cæsar. Rhodiginus lib. 18. cap. 6. Sexus etiam diversos aliqui existimarunt in Angelis, de quo videt Iulium Cæsar. Balenger. lib. 1. de Magia lib. & illic. cap. 24. Non ita intellexerunt Iudæi, est duo Cherubim statui sine specie maris ac feminæ iuxta Propitiatorium (ut ait Arias Mont. in Appar. Bibl. lib. de Noë titul. de Propitiator. Quem impugnant ferè omnes. Confule N. Quintanill. de Arca Fœder. lib. 4. §. 6.) quia tantum ad speciem devotionis. Non mirum Angelis tribui, quicquid stellis; quippe in conceptu idololatrarum maxime Israelitarum, ut observavit Hieronym. Epist. 151. ad Algasiam, alia & Angeli pro eodem usurpabantur. Militia cœli nomine (inquit) & astra rutilantia, & omnis Angelica multitudo intelligitur. In Iob 38. 7. patet. Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Etiam militia cœli sumitur pro Angelis. 3. Reg. 22. 19. ubi: Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assidentem ei à dextris & à sinistris. Pro Stellis Deut. 17. 3. Adoret eos, Solem & Lunam & omnem militiam cœli. Idem Isai. 45. 12. Quod claret ludic. 5. 20. De cœlo dimicatum est contra eos: stelle manentes in ordine & cursu suo adversus Sizarum pugnaverunt. Ubi Interpretes & Angelos intelligunt, & influxus stellarum, quibus contractis nubibus in medium interstitium regionis aëris, inde fulgura mittebantur in hostes. Ex his alijsque Auctoritatibus Stellas esse Angelos & econtrâ intellexere Hæretici, qui Angelici dicti: de quibus & in quos videris Augustinum. Irenezum, Epiphanium, Alphonsum à Castro lib. 2. Hæres. 6. Corn. Alap. in cap. 2. Epist. ad Coloss. v. 18. novissimè Petr. Annatum in Appar. ad Theolog. positiv. lib. 7. art. 3. Gregorius Nazianzenus Carm. de Laud. Virginit. ita definit in Angelicos de Angelis.

Idem quisque sibi: natura est omnibus una, Unaque mens, similique Dei rapiuntur amore. Optimus hic cunctis cibus est, ut numine summo Exsatiat mentem, Triadisque ex lumine lucem Immensam excipiant. Sunt porro coniugis omnes Expertes, puri regis, purique ministri: Hic mens, & simplex natura est, atque coruscæ Non à carne fluunt: namque omnis carnis moles Postquam concrevit, certæ est obnoxia morti. Nec rursus carnem subeunt, & corpora crassa; Sed tales remanent, quales sunt ante creati.

11 Iam igitur palam, cur dum sermo fit de Angelis & stellis, additur Cœli, vel Cœlorum. Cœlum in Scriptura sæpe sumitur pro aëre, vel corpore cœlesti, ut astruimus Tom. 1. Tautolog. 1. num. 23. & Tautolog. 2. num. 30. Interdum etiam accipitur pro loco eminentiore, ut notat D. Thom. 1. part. quest. 68. art. 4. in corp. Quod probat in superbia Luciferi dicentis: Ascendam in cœlum: id est, ad aequalitatem Dei propter sublimitatem & lucem: inquit Angel. Doctor. Quo intelligitur illud Psalm. 113. 16. Cœlum cœli: hoc est, Supremum supremi. 3. Reg. 7. 23. 2. Paral. 6. 18. & Psalm. 148. 4. Cœli cœlorum: nimirum, supremum & excellens cœlum, ut diximus in Prolog. Galeat. §. 4. num. 6. Hinc sensus Tautologiæ est: Angeli cœlorum, stella cœli: id est, Angeli & stellæ, que sunt supra nos. Ideo sæpe in Scriptura cum epitali exponitur v. g. In cœlo sursum, & in terra deorsum: de quo Nos Tom. 4. Tautol. 4. Isai. 7. 11. dicitur: In excelsis supra. cap. 45. 8.

Via Angelorum non fuit in serie temporum, sed in instanti, Zarzag.

Prisci, marres, & feminas astra fecerunt.

Et Angelos.

Hierons.

Per militia cœli Angeli & astra.

Qui heretici Angelici.

Greg. Nazianza.

Cœlum pro loco eminenti.

D. Thom.

Rei.



Angeli & sidera pro re sublimi, Senec.

Rorate caeli de super. Pfalm. 67. 19. & Ephes. 4. 8. Ascendisti in altum: puta, in caelum. Quae acceptio frequentissima est apud Profanos. Aereus apud Tragicum in Thyest. Act. 5. v. 8834. Aequalis astris gradior. & cunctos super Altum superbo vertice attingens polum.

Et idem Vates in Hercule. furent. Act. 1. v. 128.

Signum caeli gratiale poli

Septem stellis Arcades urfa.

Ovidius lib. 7. Metamorph. Fabul. 1. & Horat. Carm. lib. 3. Od. 234

Quo coniuge felix

Et Dijs chara ferar & sidera vertice tangam.

Sublimi feriam sidera vertice.

Propertius lib. 1. Eleg. 8. & Tibullus lib. 1. Eleg. 4.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis

Edittora sidera mundo.

Pamphilus Saxus Eleg. 12. & Virgilius Bucolic. Eclog. 5. v. 57.

Sidera cum radios spargent tellure sub ima.

Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphni.

E Sacris Vatribus etiam Paulinus in Cantic. post Natal. S. Felicis, v. 27.

Viam, qua me post vincula corporis egri,

In sublime feram: puri qua lactea caeli

Semita ventosa superat vaga lumina Luna.

Hilarius quoque in sua Genesi, v. 73. de caelo canit:

Signis & regia summa

Picta, parens varia stellarum luce coruscet.

Unde caelum & sidera manu, digito, vertice, plantive tangere sumitur vel pro summa sanctitate, vel audacia; quippe cum a nobis ita distent, impossibile stantes in terra merito censent. Hinc illud de Antiocho: Qui paulo ante sidera caeli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam factoris portare.

12. Faxo ergo intelligentia genuina delictatur illud Baptiste ad Sacerdotes Iudaeorum: Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Hoc est, Qui in hoc mundo natus est, de infimis est, & de infimis loquitur qui de caelo venit, super omnes est: quasi Ioannes contraponeret sursum & deorsum, terram & caelum. Quapropter ut idem significet, quod longe a nobis terrenis, modo dicit: Qui de sursum venit: modo, Qui de caelo venit super omnes est. Q. d. de caelo & de terra, non pro acceptione rerum; sed pro diversa inter se origine personarum, igitur Christus erat suppositum divinum & Ioannes humanum. Ioannes purus homo, Christus homo-Deus. Deus per patrem, homo per Virginem, sed in utraque natura, unica divina persona, verè & realiter: non ut finxerunt Profani de filijs Deorum: ex his, immortalibus; & mortalibus ex feminis: quare Herculeum elatum flammis in caelum fingitur, sic alloqui matrem: apud Tragicum in Hercule. Octavo, Act. ult. v. 1963.

Quicquid in nobis tui

Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:

Paterna caelo pars data est, flammis tua.

Apote Ethnicum: te tenit pestis. De caelo Dominus Iesus, quia licet humanitas ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Canit Venant. Fortunat. Carm. de Gaudijs & Spe vit. atern. v. 67.

Hae sua membra putans, qua nulla iniuria fuscata,

Qua neque sunt alio participata viro.

Cum sua regna Deus pariter velit omnibus esse,

Hoc commune tamen Christus habere fugit.

Alij dicuntur de terra, quia corpora illorum ex traduce, coniunctione maris & feminae: Christus verò dicitur de caelo, haud quia de caelo Verbum Divinum corpus traxerit; sed quia cum esset in caelo apud Patrem, in utero Virginis descendit, ut homo fieret.

13. Vel dicitur corpus Christi de caelo ob proprietatem caelestium corporum, quae quidem peregrinam impressionem non admittunt, Christus ergo licet cum corpore carnico eiusdem speciei, ac Adami, differet etiam in corpore a ceteris corporibus terrenis, eò quòd ex primo suae conceptionis instanti corpus eius gloriam habuit in actu primo, ut dicunt Scholasticj, tamquam connaturalem animae beatitudine praeditae. Melius fuit illo in corpore miraculum, quòd proprietates haberet corporis terreni in actu secundo. Ideoque quia

Quomodo Christi corpus de caelo

Filij Deorum mortales & indicabatur mortales, & immortales.

Senec.

Venant.

ratione animae gloriose corpus erat in actu primo incorruptibile & immortale, dicitur corpus caeleste: id est ad instar caeli, ni miraculose suspendentur dotes, quibus aliquando pro opportunitate ad libitum usus est, ut claritate in Transfigurationes, sublimitate in Nativitate; agilitate, abulando super aquas; & impassibilitate, in sacramento Eucharistiae. Secus autem est in corpore terreo: igitur quia terreo continuo admittit impressiones intrinsecae & extrinsecae agentium; quae patitur, & repetitur, demumque corrumpitur. Quapropter in Scriptura vocatur corpus animale; & cum dotibus gloriae, corpus spiritale, id est, quasi caeleste. Unde Paulus ad Philip. 3. 21. Reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae: ubi ingeniose Alapide: Transfigurabit in aliam figuram, non essentialem, sed accidentalem: ut scilicet ex corruptibili fiat corpus incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terrestri caeleste.

14. Hinc colligitur cur dicatur, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Quid ergo Adamus, primus homo, de terra, nisi terrenus? Quid secundus homo Christus de caelo, nisi caelestis? Qui de caelo venit, ut fieret homo, caelestis est, id est de sursum, super omnes: qui verò est de terra, de terra est, & de terra loquitur. De terra limaceus: ait Tertullianus. Syr. Pulverulentus de terra primus homo, secundus divinus de caelo. Quare, ut sursum sint corda (cum cogitatione esse possumus supra nos, licet terreni, aut terrigenae ex parte corporis finis) subdit Gentium Doctor: Si portamus (filij huius saeculi) imaginem terreni: portemus & imaginem caelestis: quippe qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes. Id est, licet sumus ex terra tamquam filij hominis terreni; haud imitemur eum, qui factus est ex terra in animam viventem; sed cum, qui licet in carne, factus est in spiritum, animas viventium in corporibus terrenis vivificantem, & à terrenis voluptatibus removementem. Iccirco Augustinus Tract. 14. in Ioannem in illud qui est de terra de terra est; inquit: Primo terra signat originem, secundum materiam. Quod quidem Christus Ioann. 3. 5. Nicodemo perspicuus expresserit, dicens: Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est: ut sicut portamus imaginem hominis terreni, terrena solummodo cogitantes; imitemur hominem caelestem, caelestia ad quae nati, demonstrantem. Si hucusque caro ex carne iuxta imaginem terreni, modo spiritus ex spiritu hominis caelestis, ut conformemur imagini filij Dei, & sit Christus primogenitus in multis fratribus. Unde Paulus ad Rom. 7. 5. ait: Cum essemus in carne (quasi iam non esset) passionis peccatorum operabatur in membris nostris.

15. Iuxta huiusmodi acceptionem, ut homines æmulentur non opera carnis (igitur quod natum ex primi hominis carne, caro est) sed secundum hominem de caelo caelestem (quia quod natum est ex spiritu, spiritus est) dicuntur facere, vel non facere fructum, si respondent, vel non respondent rationi, qua homo vel in carne sit caelestis. Utrumque describit Paulus ad Philip. 3. a num. 8. Multi (inquit) ambulantes, quos saepe dicebam vobis inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in caelis est. Homo dicitur metaphoricè arbori: quare de iusto & Ieremias 17. 8. & David Pfalm. 1. 3. dicunt: Tamquam lignum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quare in hunc sensum homo non ut ex carne constat, sed ut ex ratione, carnis appetitui dominante, ut Terra Iuda dabit fructus suos, & ligna camporum fructum suum. Quod etiam dicitur Pfalm. 66. 7. 8. 4. 13. & Iacob. 5. 18. Terra dedit fructum suum: scilicet homo mortificando membra carnea, quae sunt super terram. Literaliter verò phrasis est, qua exprimitur pax, vel fecunditas, quae funditur. Pro pace 1. Mach. loc. citat. ubi: Unusquisque colebat terram suam cum pace, & terra Iuda dabit fructus suos &c. & Pfalm. 84. Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Pro fecunditate, quippe uterus feminae saepe terra vocatur, eò quòd acceptum fovet semen, & germen producit. Pfalm. 138. 15. Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in oculo, & substantia mea in inferioribus terra. Id est, in utero matris. Pfalm. 66. 7. Constitute autem tibi populi omnes, ait Makdonatus in Luc. cap. 1. num. 133. Hinc Apollinaris legit: Terra dedit fructum vitalem; & Tertull. Terra dedit benedictiones.

16. Quia in homine sunt opera carnis, & fructus spiritus (qui tantum dicuntur fructus, igitur opera carnis non sunt fructus, sed defectus) dum terra humana iuxta rationem operatur, suum fructum facere perhibetur. Quapropter dum male operatur, maxime si ratione dignitatis, vel status, exactius adimplere legem debet, defecisse à natura, utpote rationali, dicitur. Absidxi, propter iusiurandum Alcimi patriae proditoris, nihil doli ca-

Vel corpus caeleste

Quando erit domini corpus ex terra non terrestri Philipp. Alap.

1. Cor. 15. 47.

Tertull. Syr.

Quo pacto homines in terra caelestes

August.

Homo cui dicitur arbori

1. Mach. 14. 8.

Ferre fructum pro pace

Terra pro femina.



5. Mach. 7. 17.

Nallar Ange-  
lous incar-  
natus est.

Ug. Caren-  
Sacerdos de-  
bet esse An-  
gelus terre-  
nus, vel ba-  
mo celestis.  
Greg. Mag

Hilar.

August.

Matth. 24. 36.

Matth. 18. 30.

Greg. Mag

Angeli boni  
sunt beati.

An fingulis  
etiam datur  
Angelus ma-  
iust

Bernard.

Virginitas  
in terra an-  
gelica portio  
est.  
Hieron.

ventes, ad ceteros Scribas de illo dixerunt: Homo sacerdos de semine Aäron venit, non decipiet nos. Haud arbitrandum, potuisse esse Angelum sacerdotem: Iudæi iudicaverunt Aggeum, & Malachiam Angelos, seu spiritales superiores substantias, & sublimiores hominibus intelligentias, in assumptis corporibus, more & specie hominum converfantes; ut refert, & refragatur Hieronymus in Aggeum. 1. & in Prolog. Malachia contra Origenem. Error igitur ortus, ex eo quod Malach. Hebr. sonat Angelum: Aggeus tyrannem, seu velocissimum motum, proprium harum intelligentiarum. Quod quidem ludicrum, quasi esset necessarium, Angelos esse, habentes nomina magna Angelorum, tamquam conditionis notam, & minime quasi magni nominis umbram.

17. Sensus igitur prefati testimonij est: Non est hominis fallere. Quid si data fide? Quid si hominis sacerdotis, & nobilissimæ familie Aäronicæ? Non decet credere, fidem fluxam, & datam dextra subdole dextram. Longè ab homine fallere: quanto magis à sacerdote, qui dignitati debet consulere & sibi? Unde Haye hic: Vir primarius. In senta tropologico aliter. Iurè hic improbus sacerdos, quia improbus dicitur homo: igitur qui gaudet sacerdotali dignitate, gaudere debet etiam conditione, quæ non hominis est in homine, sed Angeli immaculati. Ideo dicitur de oleo apothecosis Sacerdotum Exod. 30. 32. Caro hominis non ungetur ex eo: quasi qui homo sacerdos, ratione dignitatis non esset homo. Angelum faciunt hominem, puritas, charitas, & humilitas: ait Richardus à S. Laurent. de Laudib. Virgin. lib. 1. cap. 8. & Ugo Caren. in 1. Luc. Angeli, ut vidimus, colorum, Angeli dicuntur, & Stella cæli; quia sacerdos debet esse Angelus terrenus, vel homo celestis, qui quasi stella fulgeat in terra virtutibus, & homines, ut supra homines sint, illuminet splendoribus. Sed hoc in Didascalis.

18. Ex his claret etiam cur dicantur Angeli colorum. Nomen Angeli non est nature, sed officij, ut inquit Gregorius Magnus Homil. 34. in Evang. Angeli sunt, dum per eos aliquid nunciatur: igitur etiam, eorum quibus in terris præsum desideria & postulationes ad æternum, & invisibilem Deum ambizioso Angelorum famulatur, ac ministerio perveniunt, ut ait Hilarius Comm. in Matth. 18. Hi qui iussa Dei nobiscum sunt, semper in cælis sunt. Cælum ut vidimus, rem sublimem, & gloriam significat: passim teritur in Serilicis. Dominus in cælo sedes eius: Psalm. 104. De cælo a regalibus sedibus: Sapient. 18. 15. Cælum sedes mea: Isai. 66. 1. Ideo Augustinus lib. 1. de Serm. Dom. in mont. cap. 9. ait Per cælos intelligitur altitudo spiritualium bonorum. Quapropter Angeli colorum, id est Angeli, qui sunt gloriosi, vel in gloria. Quo intelligitur præclarum testimonium, & à cunctis Expositoribus prætermisum. Angeli eorum (parvulorum scilicet) in cælis, id est in gloria, subaudi semper sunt; quia semper vident faciem Patris, qui in cælis est illis gloria per manifestationem Deitatis. Quapropter sive in cælis, sive in terris, sive in fœmnis, sive in imis sint, divino gaudent aspectu: Nam quilibet missi veniunt, & inter ipsum currunt, qui ubique est: inquit Gregorius Magn. lib. 2. Moral. cap. 2. & Scholastici cum D. Thom. 1. part. quæst. 112. art. 1. & 1.2. quæst. 4. art. 7. ad 3. Constatantur ergo & refutantur, tum qui dixerunt, non habere gloriam usque ad diem iudicij, quia in terras mituntur (vide Angelicum Magistr. 1. part. quæst. 64. art. 4. ad 3.) tum Origenes Homil. 35. in Luc. asserentis, Angelos aliquando videre faciem Dei, aliquando non videre propter vigilem, vel desiderium custodiam hominum. Alio sensu: Angeli eorum tutelares, seu propugnatores, gloriosi sunt: Angeli verò impugnatores, qui demones, ut homines exerceantur, non sunt gloriosi; quippe faciem Patris non vident, nec videbunt. Dari singulis singulos Angelos, bonum & malum, placuit aliquibus: Gregorio nimirum Nysseno in Vit. Moyf. Bedæ in cap. 22. Act. Apost. Celsian. Collat. 8. cap. 17. & Origeni Homil. 22. in Luc. Confule Eminent. Card. de Aguirre in Ludis Salm.

19. Via aperitur iam alijs tautologis affinis: nimirum ut loquamur de Angelis tettrarum, dum sermo factus de Angelis colorum. Allipulatur Serm. 2. de Nativ. Virgin. Bernardus: Angelica planè vita virginitas est: & qui non nubent, neque nubentur, similes erunt Angelis Dei. Succinit etiam Hieronymus Epist. de Virgin. ad Euloch. Statim. (inquit) ut filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit: ut qui ab Angelis adorabatur in cælis, haberet Angelos & in terris. Erunt utique virgines sicut Angeli Dei in cælo; quoniam in carne, non regnat caro, videtur plusquam humana, Angelica portio. Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi vero qui digni habentur sæculo illo & resurrectione ex mortuis neque nubent, neque auent uxores: ait Christus Luc. 20. 34. Sicut hic Nubere fœminis. Ducere viris adscribitur; ita fieri congruebat, dicunt hæretici duce Huuno, in alijs testimonijs, queis Nubere dicitur tam de fœminis, quam

quàm de viris, quod improprium omnino in lingua latina: ut Matth. 19. 10. 22. 30. Marc. 12. 25. 1. Cor. 7. 9. & alijs in loc. Nafo aduoco Novatores, ore retorto, crepitante falliva, Prisciani regulis, ogganiant in Vulgatum vocis ineptiam, & Latinitatis imperitiam; quin cogitent ab illis, quos eloquentissimos plaudunt, uti linguæ Latine Oracula, huiusmodi verbum commendari, & passim uti, & eodem sensu.

20. Astruantur ergo exempla ex politoribus, venerandis, colendis, mirandis, ut ipsi hæretici dicunt: Iuvenal. Satyr. 2. 134.

Que causa officij? Quid quaris? Nubit amicus. Martialis lib. 8. Epigr. 12. Uxori nubere nolo meæ. Claudian. lib. 1. in Eutrop. v. 223. Nubas, ducaque licebit. Terentius eo sensu in Hecyr. Act. 4. Sc. 1. & 4. & in Phorm. Act. 1. Scen. 5. Nuptum accipit. Plaut. in Casin. Act. 5. Scen. 1. Novum nuptum. in Pers. Act. 2. Scen. 1. Nubitum. Idem in Prolog. Amphitruon. v. 99. & in Prolog. Trinum. v. 10. Senex cuius nubunt liberi. Ossen. lib. 1. Epigr. 20. Uxori nubas. Valer. Max. lib. 9. cap. 1. Nuptijs inter se iunctis. Marc. Senec. lib. 7. Controv. 6. Tyrannus permisit servis, ut dominibus suis nubant. Pomponius in Pannuceatis ait: Præter meus nuptis vetule varicose Aphre. Politiana. in illud Herodiani lib. 4. Nymphon. legit: Novum nuptum Varr. lib. 14. Divinat. ait: Viris nuptijs sacrificabantur. Cuius frequens acceptio quod videri apud Cafaub. lib. 5. cap. 1. Frideric. Taubmann. in Plaut. (hæretici sunt: fidem faciunt habentibus lasam fidem) & Alb. Gentilem lib. 2. de Nupt. cap. 3. qui de his accuratè disputat. Nubere veteres (ait Nonius cap. 11. §. 577.) non solum mulieres, sed etiam viros, dicebant. Et rationem adducit D. Thom. in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. quæstionc. 2. in corp. ubi: Capita nubentium olim velabant. Quid, & utres vacui vento sapientie humane extendi, videtur vobis? Sunt auctoritates? Deest, vel non, aliquid grammaticæ in auctori tate: Si deest, quo pacto in vulgato erit imperitia, & in velatibus eloquentia? Quia velatres? Si nihil deest, ad quod dens, & natura facies virgæ Cenforia? Ostendam autem vobis quid roderet, præter quæstros mores, iurè potestis.

21. Virgilius Bucol. Eclog. 3. v. 103. His certè vix osibus herent. His dicit, cum deberet Hi. Item Georgic. lib. 1. v. 25. Urbis invisare Casar. ubi Urbis, pro Urbes. lib. 8. v. 160. Vestibit. lib. 10. v. 531. Quæ magna talenta gnatis parce tuis. Quicquid docerent. La-Zerda utroque. Seneca in Hercul. Eurent. Act. 4. v. 964. Vincla Saturno exuam: pro Saturnum vinclis exuam. Idem de Provid. cap. 6. Alis bona falsa circumdæ: pro Alios bonis falsis. Terent. in Hecyr. Act. 3. Scen. 5. v. 45. Servo: in Phormione Act. 5. Scen. 7. v. 78. Neque huius sis veritus fœminæ. Similiter Act. 4. Scen. 1. v. 57. Forma in te nobris nosci non quita est. Ubi Quoë passivum facit. (Quod etiam Lucretius lib. 1. de Rep. natur. v. 1039. Summa queatur.) In Enoch. Act. 4. Scen. 4. v. 59. Ego scibo. Propertius lib. 2. Eleg. 2.

Iupiter ignosco pristina furta tua. Id videbis apud Plautum, cuius ore, ut dixit Varro, locuturas bene Musas, si vellent verba latina loqui: qui quidem in Asinar. Act. 1. Scen. 1. v. 13. ait: Ipse scibo, te faciam ut scias. In Stich. Act. 1. Scen. 2. v. 87. Probiores arbitrabunt. In Captivo. Act. 3. Scen. 4. v. 86. Audibis. In Pers. Act. 4. Scen. 3. v. 8. A quiquam homine accipi. In Epidic. Act. 2. Scen. 1. v. 49. Exagebo. Iurè ipse apud Conrad. Rittershus. Sic me barbaris variè sedæ. erat olim: igitur præter foecissimos barbarissimos comedice featent, & in pluribus scenis quolibet pede. Cicero denique Epist. ad Lentulum ita ait: Quia in causa non modò non negabo, sed etiam semper & meminero, & predicabo libenter, usus est quibusdam nobilissimis hominibus, &c. Usus es pro Usum esse. Mirum, quantum sudaverit pro loco Henric. Stephan. lib. 2. Schediasm. cap. 26. sed labor cassus, ut notat Dionys. Lambinus. Plurimis parco, ne sint fastidio. Hæc hæretici à lingua latina degeneria plaudunt, & peritiam Hieronymi plodunt. Si improprias locutiones notare in eorum scriptis, libuerit, occurrerit certatim. Sufficiant Scaligeri, & Critici alij in hac pelsima & frivola occupatione. Quæ quanta sit, describitur à Iust. Lipsi. in Fabula Menipi. & Dic. Saaved. in Rep. litterar.

22. Ergo ad rem. De Rebecca enim dicitur: Puella decora nimis, virgoque pulcherrima & incognita viro. Quid quod virgines cælo comparentur, si Angelorum Domino copulantur? Vel Ethoicus accinit lib. 5. Carm. Od. 15. v. 5.

Desine inter ludere virgines. Et stellis nebulam spargere candidis.

Nomen Virgo latè sumitur, tam apud Sacros, quam apud Profanos. Terra dicitur virgo, apud Varron. lib. 1. de Ling. Latin. quæ vomere necdum rupta. Virgo aqua. Martialis. 6. Tom. II. Iust.

Nubere etiam viros congruis.

Iuvenis

Martial. Claudian. Terent. & alij.

D. Thom.

Virgil: Solacissimè insigne in AA. celebra-  
tis ab bargi-  
tici.

Senec. Terent. Lucret. Propert. Plaut.

Ciceli

Genel. 22. 16.

Horat.

Epigr.



Varia acco-  
pitione Vir-  
ginis.  
Cur Venetia  
Virgo dicitur  
Paul. Prier

Alia Civita-  
tes.

Virgo cur  
abfcondita  
dicitur?

Senec.

Propert.

Catull.

Sept retine-  
tur nomen  
conditionis  
prioris.

Terent.

Senec.

Orat.

Ovid.

Virgil.

Calv.

Al. iat.

Virgo pro or-  
nata virgi-  
nis

Epigr. 42. quæ alijs non miffa. *Charta virgo*, quia fignillata lib. 1. 67. Terram ad corpus Adami tormandum, dicit *intactam* (ideft, parvam) Iosephus lib. 1. *Ant. Iud.* cap. 2. Unde civitates quæ libertate gaudent, dicuntur Virgines. De Venetijs Paulus Prieratus, cap. 3. de *Civitat. dignitat. profert. Inter ceteras prerogativas, quibus est insignita, hæc quoque illu- stratur, ut virgo appelletur. Sicut enim puella, virgo dicitur, quæ à nullo fuit violata; sic Civitas Veneta virgo, quia à nullo hostium violento impetu fuit oppressa. Eadem refert Petr. Andr. Canonher. in lib. 1. *Hippocr. Aphor.* 1. Sic ergo, & sibi gratuletur, sed caveat, paveatque, ne de illa intelligatur, quod in suis vaticinijs prædixit Malachias Monachus Cisterc. in Aragonia, sub hoc tempore! *Es Virginem veterem ipsi tenebunt.* Scitote quia propè est in ianujs. Hac enim accceptione Thren. 1. 15. *Virgini filia Sion.* cap. 2. 13. *Virgo filia Sidonis.* Idem Isai. 23. 12-47. 1. & Ierem. 14. 7. 31. 4. 46. 11. Per Catachresim intelliguntur Civitates pridem non expugnatae ab hostibus: ideo aliquæ vocatae *Bethul.* idest, Virgo, Iosue 19. 14. & *Bethulia.* Virgo Dei, Iudith. 6. 7.*

23 Virgo aliquando dicitur femina latens, vel abfcondita à radice *Hbalm*, unde Hebr. *Hbalm.* Haud quia feminae sicut apud Sinas, teste Ioanne Nieuhovio in *Legation. Batav.* part. 2. c. 6. non procederent in publicum (contrarium constat ex Rebecca, Rachele & alijs) quo sensu Electæ filix dicit Clytemnestra apud Senec. in *Agamem.* Act. ult. v. 950.

Quo more cæcus publicos virgo petis?  
Quis esse credat virginem?

Propertius lib. 2. Eleg. 32. & Catullus. in *Carm. nuptial.*  
*Qui videt is peccat, qui non te viderit, ergo  
Non cupiet, facti crimina lumen habet.  
Ut flos in septis secretis nascitur hortis,  
Ignotus pecori, nullo confusus aratro,  
Quem muleant aura, firmat Sol, educat imber &c.  
Sic virgo dum intacta manet.*

Non ita: sed quia femina non dicitur abfcondita, sed cognita, alicui revelata turpitudine Quo igitur sensu virgo opponitur mulieri, non sexu, sed corruptione. Unde Cicero, ut ai Erasmus lib. 4. *Apopht.* de Popilia: *Gras mulier erit, & ego non virginis sponsus.*

24 Virgo etiam dicitur femina vel puerpera, ad thalamum modo pervenire vir- go. Luc. 2. 36. *Erant Anna Prophetissa: vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Idest, à die nuptiarum. Quod frequens in Scriptura; quippe retinetur nomen status, aut conditionis prioris: ideo dicitur Filius, Pater, Mater &c. & postquam fato sancti. Matth. 11. 5. *Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt &c.* Luc. 11. 14. *Locutus est mutus.* Matth. 26. 6. *Simonis Leprosi.* Ierem. 12. 7. *Dedi dilectam meam in manibus inimicorum eius.* Haud quia tunc dilecta, sed quoniam fuerat. Sic igitur dicitur virgo, quæ non est. Idem cap. 18. 13. *Quis audivit talia horribilia, quæ fecit virgo Israel?* Virgo per fidem integram fuerat, quæ iam corrupta per idololatiam; igitur meretrix prostituta signatur, cap. 2. 20. 3. 22. Apud Profanos ubique occurrunt testimonia. Terent. in *Adelp.* Act. 4. Scen. 7. v. 10. & 14. *Puer natus est. Virgo nihil habet. Illinc huc transferetur virgo.* In Eunuch. Act. 4. Scen. 4. v. 53. postquam dixerat. *Virginem vitiatam esse*, subdit: *De istac rogas virgine?* Seneca in *Oedip.* Act. 2. v. 489. *Trahidit Thalamis virginem relictam:* Ariadnen, scilicet, vitiatam à Thefeo. Horatius lib. 2. *Carm. Od.* 8. v. 23. *Virgines nuptæ.* Ovidius Epist. 6. *Heroid.* & lib. 15. *Metam.* Fab. 51.

*Turpiter illa virum cognovit adultera virgo.  
Prospiciens prolem sancta de virgine natam.*

Ubi Iacobus Pontanus, & Natal. Comes vertunt pro *Virgine, Coniuge.* Virgilius de Pæ- siphæam trium puercorum iam matre *Bucolic.* Eclog. 6. v. 47. & 52. & Calvus apud Servium hic de I6 in vaccam conversa:

*Ab virgo infelix! Quæ te dementia cepit?  
Ab virgo infelix! Herbis pascere amaris.*  
Etiam de Penelope dehorata ab Ulyffe canit Andr. Alciatus Emblem. 196.  
*Manet anxia virgo,  
Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.*

Patet accceptio virginis pro femina conditione prioris. Quod etiam apud Iurifconsultos, leg. *Mulieris ff. de Verbor. signif.* Alia subinde.

25 Nomen Virginis aliquando non significat feminarum integritatem, sed habi- tum, aut cultum. Ierem. 2. 32. *Obliviscetur virgo ornamentis suis, aut sponsa fasciæ pectō-*

ralis sui: De Thamar dicitur 2. Reg. 13. 18. *Induta erat talari tunica: huiusmodi enim filia regis virgines vestibus utebantur.* Quatum ornatum describit Ezech. cap. 16. à v. 11. & Isai. cap. 3. 18. *Astruatur etiam ex Ethnicis: Ovidius lib. 13. Metam. Fabul. 1.*  
*Nec abdux prolecerat heros  
Fœminos habitus.*

Et Catullus de Berenice. Coma:  
*Quam de virginis gesserat exuvijs.*  
De stupratore olim dicebatur: *Zonam & candida pectora rupit.* Quæ zona, seu fasciæ virgi- nalis vocabatur *Cefus.* Hinc *Incestus*, quia sine zona femina. In *Nupt. Iulia & Manli.* Catull. *Zonula solvunt sinus.* Zona symbolum est virginitatis, quæ pridem signum. Virgi- nes olim Palladi zonam ante nuptias sacrasse, asserit Pausanias in *Bæotic.* & Athenis esse simulachrum Dianæ Solvizoniæ; Herodotus lib. 1. Vide Pier Valerian. lib. 40. *Hierogl.* cap. 45.

26 Etiam nomen Virginis sumitur metaphoricè, Unde Cicero in *Orat.* Philoso- phiam vocat virginem incorruptam: frequenterque dicimus Veritatem virginem (idest, puram) integritatem morum, Iudicem incorruptum, & sic alia. De anima, ut vidimus num. 24. per fidem semel coniuncta Deo, prædicatur virginitas; & cum à fide propter ido- lia deficit, fornicatio: de quo Nos vitæ & gratiæ comitibus Tom. 6. *Taut.* 10. ad illud Otc. 4. 18. *Fornicatione fornicati sunt.* Paulus cum Corinthios è tenebris idolorum revo- casset, & vocasset in admirabile lumen cognitionis veri Dei, cap. 11. 2. ait: *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Cuius acumini astipulatur Augustinus Tract. 13. in *Ioann.* dicens: *Virginitas mentis est integra fides:* ita anima quæ idolorum adoratione nigra, fide Christo desponsata, mirè formosa. *Moyses quidem Ethiopissam* (ait Bernardus Serm. 2. *Domin.* 1. post Epiphani.) *duxit uxorem; sed non potuit eius muta- re colorem: Christus verò, quam adamavit ignobilem adhuc & fœdam, gloriosam sibi exhibuit Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, sicut virgo traditur descendenda vi- ro, ita Corinthij virgo casta traditi Christo per fidem à Paulo. Novum non est in Scriptu- ra usus Protopopææ, quo schemate inducimur, quæ velimus, incorporea, quasi corpora ha- bentis; motus & indolem animi, quasi sub persona, quæ Græcè *Somatopœia*, vel *Characteris- mos.* Latine Designatio seu personæ confectio. Isai. 49. 14. *de Iudicio, iustitia & veritate,* qua- si de habitibus corpus loquitur textus. Idem Daniel. 7. 10. *Zachar.* 4. 2. *Apocal.* 5. 6. & sæpe alibi. *Novit* (inquit Ioann. Damascenus lib. 2. de *Fid. Ortod.* cap. 6.) *Scriptura etiam Protopopæiam, personarumque fictionem usurpare.* Quæ quidem figura, aliquando dicitur *Allegoria*, aliquando *Metaphora.**

27 Hæc meditante & studiose præmissi propter difficiliorum locum Pauli, quem singulariter exponam (utinam faulste! quippe, quod sciam, sine interprete duce) igitur ex- positione evanescunt argumenta hereticorum de patria potestate in filias virgines, ut tradantur, vel non tradantur nuptijs; quæ catholicis negotium facillunt. Locus ergo Pauli est, Epist. 1. *Cor.* cap. 7. v. 36. ubi: *Siquis turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat &c.* Hic quan- tum auguror, argumentum non est de filia virgine iam nubili, seu matura virò; sed de unoquoque fidelium, qui quidem cogitare debet ex se, an possit cœlibem vitam ducere, vel non: etenim si valet, *Volo omnes vos esse sicut me ipsum:* sin autem, *Melius est nubere, quam arti.* *Unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sit, alius quidem sit.* Per protopopæiam Paulus alloquitur Corinthios, quasi virginitas esset persona, & conse- quenter separata ab unoquoque, de qua tamquam sub propria potestate, potest ad libi- tum facere, & decernere. Hac igitur allegoria dixit, ut vidimus nunc. anteed. *Vos viro Christo tamquam virginem castam despondi.* Quo claret auctoritatis genuinè sensus. *Siquis turpem se videri existimat super virgine sua* (idest super se) *quod sit superadulta* (hoc est, iam in statu pubertatis, aptus ad matrimonium, perpenis quæ in vita cœlibe, & quæ in matrimonio tribulationes occurrant) *& ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem* (propter urgentiam libidinis, vel complexionem calidioris conditionis) *potestatem autem habens suæ volun- tatis, & hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam* (hoc est, se virginem, vel ma- trimonium non ineundam) *benè facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam* (nimirum, se) *benè facit. & qui non iungit, melius facit.* Alier intelligens auctoritatem, est eodem sensu, si *Ly Virgo* sumptis pro sexu, vel pro corpore; quo claret ad litteram perspicuè expofitio: quæ sanè accceptio crebra apud AA. unde mares virgines appellatae

Ovid.

Catull.

Virgines na-  
mam sacra-  
bant Dianæ

Virgo pro  
puritate

2. Cori

Augustini

Bernardi

In scriptura  
interdum  
Protopopæ-  
ia.  
Damasci

2. Cori  
Virgo pro  
cœlibe

Pro turpore  
vel sexu







Pecatum originale in illis delebitur sacrificio.

1. quæst. 2. art. 2. quæst. iunc. 2. in corp. & 3. part. quæst. 70. art. 2. ad 4. Ex his, aliter quam diximus (si usus corruptionis apud Nationes prævaluit in ortu vel post feminarum) exponitur in corruptio de Rebecca. Virgo erat & incognita viro: nimirum, virgo, quia à viro non cognita; & virgo, quoniam non deflorata nec à femina. Iunge in intantum expositio- nis versiones præfatas.

Ezech. 44. August.

Porta clausa & nunquam aperta est Deipara semper virgo.

34 Restat adhuc exponendum illud Ezechielis de Regina cælorum Deipara Virgine Maria allegoricè, vel ut aliquibus placet, literaliter dictum: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa. Augustinus de Mariæ virginitate auctoritatem intelligit, Serm. 2. de Nativ. vel 6. de Tempor. De Mariæ generatione, & porta erat clausa & non aperta. Porta clausa, id est signaculum pudoris, immaculatæ carnis integritas. Non enim est violata partu, qua magis est sanctificata conceptu. Iarè Galatinus observat ubi supr. Porta clausa, Non aperietur, Eratque clausa; quali pro triplici Virginis tempore, cum Virgo extiterit ante partum porta clausa, in partu non aperta, & post partum semper clausa. Primum contra Ebionitas: secundum contra Iovinianum: tertium verò contra Helvidium. Vide Irenæum, Augustinum & Alphons. à Castro de Hæresib. Unde Paulinus Consularis Carm. de Baptis. v. 103.

Sponsa marito Sed magis læta Deo, mundi parturibus salutem Virgo illibatam servabat casta pudorem.

Maria semper specialis virgo inter virginis.

Hieron.

Cur dicitur portæ

Sedul.

35 Diximus Tom. 1. Tautol. 6. num. 34. etiam feminis, pro conditione felicissima status iustitiae originalis, concipientibus & parturientibus illata integritate carnis, Mariam esse adhuc singulariter virginem; quippe, quam illæ femine adhuc illo in statu non habitura, integritatem puritatis habuit. Porta pudoris, in qua signaculum virginis, clausa erit (& per Epitaphium, ut alius certitudo commendatur) non aperietur, eritque clausa. Clausa in Christi conceptione, & non aperietur vel in partu. Vivide: quippe asserunt multi feminam virginem posse concipere; uti diximus loc. cit. num. 31. illibata virginitate Maria Christum concepit, & quod maximum est, peperit. Vide quantum miraculum apud Ildelphont. de Mariæ virginit. cap. 3. Petr. Damiani in Nativit. Virg. Serm. 3. Rupert. lib. 1. in Matth. Bernard. Homil. 2. sup. Missus est, & Serm. 2. de Natio. Dom. Ambros. de Virg. inffit. cap. 7. August. Serm. 138. de Temp. Canis. lib. 1. de Deipar. cap. 1. & Theophil. Raynaud. in Diptych. Marian. 1. part. punct. 7. Haud ita usveniret feminis in statu originalis gratiæ: aperirentur siquidem illarum claustra pudoris, licet illic redirent ad integritatem carnis, numquam verò ad integritatem puritatis, quam haberent ante viri congressum. In Maria semper fuit flos huiusmodi puritatis, uti in singulari virgine, & præcunctis adhuc in ipsa virginitate, præstantiore. Maria igitur, ut ait Hieronymus lib. 13. in Ezech. & in Apolog. pro lib. advers. Iovinian. Est porta orientalis semper clausa, & lucida, operiens in se, vel ex se profertens Sancta Sanctorum: per quam Sol insitit, & Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur. Et Venantius Honorat. de Part. Virg. v. 33. & 51.

Cuius non poterat Deitas per aperta videri, Velamen sumpsit, carne videndus homo. Hæc porta est clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit, Ni Dominus solus, cui quoque clausa patent.

Sedulius lib. 2. v. 46.

Pro Virgine testis Partus adsit, clausa ingrediens & clausa relinquens.

Succinit etiam Cardinal. Arator in Act. Apostol. lib. 1. v. 57.

Arat.

Porta Maria Dei genitrix intacta creatiæ, Anato formata suo. Mortalia gignens, Et divina ferens, per quam mediator in orbem Prodiit, & veram portavit ad æthera carnem.

36 Hæc de Tautologiarum littera: modò cursus deflectatur ad mores; quippe omnes Interpretes conveniunt sine versione vel in terminis testimonij principalis.

ADI.

ADINATON EXEGETICUM.

Epil. Ex curs.

- 1. Sicut stellas cæli. Et super faciem telluris: Sanè, ut qua terrena, apareret cælestis conceptio Virginis. 2. Stellas cæli. Est differentia loci: quandoquidem in coniugatis virginitas, splendoris vehementia, superat stellas. 3. Stellas cæli. Etenim plusquam in cælo sidera, fulget in carne virginitatis gratia. 4. Stellas cæli. Profecò in signe, videre ho-

mines inter Veneris flammæ, sicut in cælo miramur splendescere stellas. 5. Stellas cæli. Aptè, non ab origine splendor, sed origo à splendore. 6. Stellas cæli. Pater virtutis magnitudo, si rutilat uti stellæ fulgent in cælo. 7. Stellas cæli. Fulgor qui in stellis cæli, magis fulgurabit in pulvere. 8. Stellas cæli. Amoris præstantia, qui stellæ cæli videntur in terra.

DIDASCALIA PRIMA.

Maria est pretiosa margarita orbis terrarum.

Cyrl. Maria cur margarita pretiosa

Plin.

Venan

Plin.

Non habuit lapsum.

Sedul.

ITA plauditur à Cyrillo Alexandrino Homil. 6. Contra Nestor. Non tantum margarita, sed pretiosa: igitur licet margaritæ pretiositatem habeant, & ob illam momenta contineant; pretiositates æstimabiles unionum, respectu huius margaritæ, quasi non haberent pretium: Dos unionum (ait Plinius lib. 9. cap. 35.) in candore, magnitudine, orbe, lavore, & pondere. Iarè dicitur pretiosa margarita, quæ continet omnia. Pulchra super gemmas splendorem Solis obumbrans, Alta super cælos, & super astra nitens, Cbara, benigna, micans, pia, sancta, veneranda, venusta, Flos, decor, arator, palma, corona pudor. Canit Venantius de Part. Virg. v. 349. Ecce patent pretiositates unionum: & pretiositati additur: Quod nullo lapsu franguntur: ita Plinius ubi supr. Amplior est Virginis pretiositas, quam demonstrat singularitas: igitur in pretiositate commendabile momentum, nec habuit lapsum. Pondere corporis in conceptione filiorum Adam (qui labuntur, antequam nascantur) amittitur candor animæ, ex se margaritæ pretiosæ: & solummodò Virgo nitet margarita pretiosa orbis terrarum; quoniam illi vel in conceptione adhæsit candor, dum aliæ lapsu franguntur. Gratia plena Dei est, qua totis gentibus extat.

non indiget arte, uti cætera gemmæ. Non artifice politur, perpolitur dum formatur: Virgoque virginum plauditur pretiositate singularis margaritæ, quoniam habuit pretiositatem à conceptione. Nequit esse margarita sine pretio, nec sine gratia Virgo: auctis in margarita momentis pretiositatis: quippe hanc obtinuit vel ab instanti primo conceptionis. Altiore causa nititur comparatio, ut notescat quanta Dei Virgo Mater vel à principio. Semper enim respondent effectus causæ iuxta principia inconcussa naturæ. Sequuntur filij similitudinem principiorum à quibus constitutionem accipiunt: & margaritæ formationi consertur aptè conceptio illibata Mariæ; quippe summum prodigium, egrediente concha ex concha, quod in concha genitricis videretur margarita. Hispan. Saiga una perla. E cælo dicitur à Plinio, Rondeletio, & Ræco margaritæ formatio. E terra formatur Virgo: & dicitur uti margaritæ consuetitudo cælestis, ut constet illibata conceptio Virginis Matris. Stellas cæli dicitur ab Scriptura. Sunt etiam Stellæ in terra: igitur si illa à primo formationis momento nate fuerunt lucidam formam; Virgo ab ipsa animatione consecuta fuit gratiam: etiam maiore prodigio, quia visum in mundo, quod rutilabat in cælo. Contemplamur ergo in Virgine quantum prodigium & ex parte naturæ, & ex privilegio gratiæ.

Sed essentia simul & gratia

Puritas cæli in carne.

Gen. 22. 17.

Conceptionis Virginis semper huiusmodi.

3 Ab arbore Adami per ramum Iesuse provenit Virgo, de qua natus est Iesus; & dicitur à Propheta: flos de radice eius ascendet. Hæc arbor nunquam protulit flores, quippe corruptæ ab origine radices, Minime creperum; sed conceptione Virginis exponendum prodigium: quandoquidem

II. II. 12

2 Deinde. Margarita ut pretiosa sit

dem